



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Synodica Ad Vniversos Episcopos Galliarvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO CHRISTI 379. Teſte Sozom. lib. 7. cap. 4. Acholius Theodosium imperatorem, anno Christi 379. baptizauit. Cum itaque ante eum Theſſalonicae Ireminus, Actius, & Alexander; post eumdem Anyſius, teſte Ambroſio, eidem Theſſalonicensi ecclſie præfuerit, Paulinus aliquis his temporibus eiusdem ecclſie episcopus fuiffe non potest. Vnde ſatis probabile appetet, quod Theodoreetus pro Antiocheno, Paulinum Theſſalonicensem dolofe collocauerit, ea nimurum de cauſa, ne ex hac Damasi epiftola ad eum scripta, catholicæ ecclſie communioni coniunctus fuiffe videretur. Vide Baronium anno 378. numero 42.

CONCILIVM VALENTINVM I.

S V B D A M A S O.

Statuta Synodi apud ecclſiam Valentinam, ſub die IV. Idus Iulias, Gratiano Auguſto III. & Equitio v. c. consulibus, anno Christi CCCCLXXIV. æra 413. Gratianni eiusdem Auguſti, & Damasi papæ VII.

TITVL I CANONVM.

- I. *De digamis non ordinandis. inceſta lauatione polluerint.*
- II. *De pueris Deo deuotis, ſi ad IV. Si quis de ſe verum vel falſum terrenas nuptias transferint. crimen ſub ordinatione profeffus*
- III. *De iis qui poft acceptum bapti- fuerit. ſnum ſacrificii ſe demonum, vel*

SYNODICA AD VNIVERSOS
EPISCOPOS GALLIARVM.

Dilectissimis fratribus per Gallias, & quinque prouincias conſtitutis episcopis, Fægadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Aemilianus, Britto, Iuflus, Euodius, Rhodanius, Eortius, Obretus, Concordius, Conſtantius, Paulus, Antherius, Felix, Neoterius, Nicetius, Urbanus, Simplicius, & Vincentius, episcopi in Dominoſalutem.

ANNO CHRISTI 374. **T**RANSACTIS Valentia omnibus, & in Dei nomine in ſtatu meliore compositis, quæ fuerant coepta cauſa diſcidii, quorumdam fuit fratrum vtilis & religioſa ſuggeſtio, retraetandum etiam de hiſ, quæ nec recipere poſſumus ob ecclſie sanctitatem, nec tamen vſurpatæ conſuetudinis cauſa damnare. Ita enim per omnes ecclſias

Qq iii

310 D A M A S V S C O N C I L I V M G R A T I A N I
P. I. I M P.

eiusmodi vitiorum germen inoleuit, vt ad plena remedia
difficilis sit recursus; certe non sine verecundia eorum
quos causa contingit. Quocirca, fratres, librato diu,
moderatoque consilio, ea cautelæ ratio seruata est, quæ
& scandala submoueret, & sanctitatem ecclesiæ custo-
diret.

C A N O N E S.

I.

SEDIT igitur, neminem post hanc Synodum,
qua eiusmodi illicitis vel sero succurritur, de-
digamis, aut internuptarum maritis, ordinari cle-
ricum posse. Nec requirendum, vtrumne initiati
sacramentis diuinis, anne gentiles, hac se infelicis
fortis necessitate macularint, cum diuini præcepti
casta sit forma. Sed quia fratrum nostrorum vel
imperitiam, vel simplicitatem, vel etiam præsum-
ptionem damnare non possumus, nec per omnes
ecclesias quæ sunt iampridem male gesta corrigi-
re; placuit etiam de eorum statu qui prius ordinati
sunt, nihil reuolui, si nulla extrinsecus causa proce-
dat, qua indigni ministerio comprobentur.

II.

De puellis vero quæ se Deo voverunt, si ad ter-
renas nuptias sponte transferint, id custodiendum
esse decreuimus, vt pœnitentia his nec statim de-
tetur; & cum data fuerit, nisi plene satisficerint Deo
in quantum ratio poposcerit, earumdem commu-
nio differatur.

III.

Circa eorum vero personas, qui se post vnum
& sanctum lauacrum, vel profanis sacrificiis dæ-

ANNO
CHRISTI
374.

ANNO
CHRISTI
374.